

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Antonii Mancinelli De parentum cura in liberos

Mancinelli, Antonio

Parrhisiis, 1511

Epigrammata

[urn:nbn:de:bsz:31-293568](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-293568)

maximus & tibi & liberis tuis iecirco p̄mia referet. Vale cū
tuis om̄ib⁹. Hæc Romę Cal. Nouemb. MDII.

Eiusdē Mācinelli

Gratiarū actio recepti coniuuii.

Mensa equidem iucunda fuit: regalis: opima:

Eximiis dapibus:

Quodq; magis decuit: frons omnia lata parauit:

Mens animusq; lubens.

Vnde precor referant pia numina Symposiarcho

Qualia cunq; petit.

Tora domus vigeat: celebretur gaudeat vsq;

Quoq; die melius.

Sit foecunda viris: sit Croesi ditior aula:

Perpetuumq; valens.

Gratiarum actio in exhibitio cōuluso

Q̄ tenui sumptu fuerint coniuuia p̄sens

Acta viri: cuncti nouimus idq; pater.

Ast; animum spectare decet: vultumq; serenum:

Hęc etenim potius q̄ cibus ipse iuuant.

Præterea: q; nos celebri comitastis honore

Pramia digna velint reddere cuiq; poli.

Pro cœna gratiarum actio.

Pro victu referat Iuppiter optima

Felix imperium: sæcula nestoris:

Illustrem sobolem: Diuitias Mydæ:

Te demum fuerit nemo beatior.

Actio gratiarum conulusi recepti.

Qui tribuere dapes: dapibus vescantur olympi:

Morali vitæ gaudia summa fluant.

Erigone fruges aucter: laticemq; lyæus:

Diuitias luno: progeniemq; Venus.

Aliger eloquium lepido sermone refertum:

Corporis: ac animi robur Apollo nitens.

ANTONII MANCINELLI

Pan armenta: greges: nemorum dea suggerat apros:

Ostrea nereides: dia Melissa fauos.

Arborei foetus vertumni numine crescant:

Colchides aurita: multiplicentur aues.

Symposium quicumq; dedit: quicumq; pararunt:

Exhuberent istis: quæ pia musa canit.

Gratiarum actio habitû conuiuû.

Q; patres hylari vultu: q; mente benigna

Tam lautis placuit nos recreare cibus:

Nouimus esse actum magni dulcedine amoris:

Qua nobis vestrum quilibet afficitur.

At nulli nostrum quoniam valet esse facultas

Reddendi meritum: reddat Iesus ibi.

Nec nos vlla potest diurni temporis atas

Immemores tanti reddere Symposii.

Quandocunq; igitur tempus concedet: vbiq;

Gratia præstabit: qualiacunq; potest.

Interea superi vobis gratissima reddant:

Quis placuit lautis nos recreare thoris.

Actio Gratiarum in præstito conuiuio.

Hac me lætitia comitatum fronte serena

Omnibus: aduertens digna corona virum:

Nomine digna meo pia numina reddere cunctis

Præmia: quoq; loco: tempore quoq; velim.

Nec me longa dies meritorum fecerit vlla

Immemorem: quoties grata referre queam.

Cumq; cibus fuerit parcus: non lautus: abundans:

Parcite: frons hylaris: mens hylarisq; dedit.

Gratiarum actio ad conuiuas.

Si doctrina mihi: si promptus sermo daretur

Facundi Iſai: lingua periclis irem.

Haud vnq; meritas agerem tamen inclyre coetus

Officio grates: quo celebratus ego.

Vnde precor superis placeat cuiuscunq; referre
Quæ profint animæ: corporibusq; simul.
Parcendo & victu: spectetur frons: animusq;
Frons hylaris longe q̄ cibus ipse iuuat.
Finis in edibus Ascensianis,
ad idus Aprilis, M, DXI.

10 XXXVI

ENCICLIATA

Vnde p[ro]p[ri]et[er]ibus placet cunctis rebus
 Quae p[ro]bat[ur] ad in[ter]p[re]tatione[m] suam
 Invenio et istud p[ro]p[ri]et[er]ibus rebus
 Item p[ro]p[ri]et[er]ibus q[ui]bus p[ro]p[ri]et[er]ibus
 Item p[ro]p[ri]et[er]ibus q[ui]bus p[ro]p[ri]et[er]ibus
 ad hunc p[ro]p[ri]et[er]ibus q[ui]bus p[ro]p[ri]et[er]ibus

